

facultatem differendi suscipere, omni jure horream. In lectoris autem indulgentiam totus confidens scribo.

Præmissa ætatis senilis historia de Causis præmaturi Senii & Mortis mihi agendum. His quantum in me erit exactis, addam ejus curam prophylacticam. Dein vero memoratam jam senis in Nosocomio practico hujus loci novissimum suum fatum expectantis, morbi historiam enarrabo. Huic non abfimilem adjungam ante aliquot annos in Nosocomio existentem (ubi æger spe omni deposita præter labem senilem convaluit) æque miram ac notatu dignissimam, quam Clarissimus Praxeos Clinices Professor SCHILL, ex singulari haud merita in me affectione propria manu conscriptam, mihi tradidit.

Plena igitur spe me satisfacturum fore, fatale hoc vitæ stadium demonstrando rem ipsam aggrediar.



*Ætatis*